

In quinto capitulo tractat de mutatione,  
scilicet de duro facere molle, & de molle fa-  
cere durum, & de elementis.

In sexto capitulo tractat de mutatione na-  
turæ totius rei,

*Expliciunt Capitula.*

*INCIPIT DICTIO  
secunda cum virtute Dei.*

*CAPVT L.*



N nomine Domini, Dixit Abuq  
li Abincine: Modò dicam hanc  
dictionem & sua capitula planè,  
si Deo placuerit. Primum capitu  
lum huius dictionis est de subti-  
li re facere magnam, et dicam oinnes ratio-  
nes suas per directum. De ære volumus face-  
re aurum, quia vbi nimis est combustum, vo-  
lumus facere quod non sit multum combu-  
stum: & vbi non sustinet ignem, volumus ut  
substineat: & vbi in terra peioratur, volu-  
mus quod non peioretur: & sicut diximus  
de cupro, ita est de omnibus rebus, scilicet  
de sex. Sed de nostro lapide quod magis va-  
let, est quod primùm diuiditur de corpore  
non bono, & spiritus crescit paulatim. & mo-

dò